



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ambulare debemus tribus modis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Ambulare debemus tri-
bus modis.*

Primo cautè, ut Paulus admo-
net nos inquit. Videte quo
modo cautè ambuletis &c. Se
cundo directè. Parate (dicit Esaias)
uia domini rectas facite semitas e-
ius. Rectam etenim semitam face-
re, est pura intentione Christo ser-
uire. Tertio sollicitè, quemadmo-
dum Micheas dicebat. Indicabo ti-
bi ò homo quid sit bonum, & quid
requirat Dominus à te, utiq; dilige
re misericordiam, & iudicium, &
sollicitum ambulare cum deo tuo.
Vnde in Deuteronomio legitur. Cu-
stodi igitur te metipsum & animam
suam sollicitè. Bernardus quoque
aiebat. quid ergo à te querit, qui
in tanta sollicitudine requisit, nisi
te sollicitum ambulare cum Deo
tuo? Ambulandum est igitur re-
ctè bona intentione, soli-
citè Deum sequendo,
cautè propter ini-
micos no-
stros.

Eph. 2.

Esai,

Mich.

Deut.

Berna.